

Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 82. Argumentum septuagesimum secundum. Ex istis aliis
Sanctroum pronuntiatis: Inanis est pœnitentia, quam sequens coinquinat
culpa. Vulnus iteratum fanatur tardiùs. Frequenter peccans, & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

*nec veniam unquam à Domino impetravis. Quod
haeretici illi probare nitebantur dictis illis Sanctorum.
Quibus optimè Gratianus, Magister, S. Thomas,
S. Bonaventura, & alii veteres Scholastici
respondent, quòd dicta illa Sanctorum non sicut
universaliter ac necessariò vera, ea intelligendore re-
lativè ad diversa tempora, sed relativè ad idem
tempus, hoc senti, & penitentia est antea dicta peccata
deserte, & flenda non committere, tempore quo
ea flet.*

972 *Sed quamvis iste unus sit sensus ipsorum; non
est tamen unicus; sed præter illum (qui solus est
necessariò & universaliter verus) sancti Patres ali-
li intercedunt, non quidem necessariò & uni-
versaliter, sed unplurimum & ordinariè verum, vi-
delicet quòd verus penitens, post commissum ali-
cujus gravioris criminis, nec ipso penitentia tem-
pore, nec post illud facile & cito relabatur: quem
in scopus dicta illa Sanctorum allegant sapientissimi
Cardinales, Episcopi, Doctores, etiam Regu-
lares omnium Ordinum. Et item sensum mani-
festè indigit contextus sanctorum Patrum, quo
v.g. S. Eligius dicit: *Lavatur & non est mundus,
qui plangit quod gestis, nec deserit, sed post lachrymas
(ecce relatio ad tempus lachrymas subsequens)
flenda hoc que severat repetit. Similiter Fulgen-
tius: Nunquam dilatans genendo peccatum, quia
non desinunt peccare post gemitum. Et Isidorus cap.
78. laudatus: Effectum penitentia non habent,
quia inconstitutia mentis, num recordatione peccati
lachrymas fundunt; nunc revivescere usu, ea qua
ELEVERANT iterando committunt. Et Ambrosius
loco citato: Si vero agerem penitentiam, iteran-
dam (per iterata postea peccata) non putarent. Et
Gregorius Magnus l. 3. Pastor. admonebit. 31. in
fructuofam dicit penitentiam hominis relabens,
non quia crimina repetit, dum lavatur fictibus à
peccato, sed quia culpas POST LACHRYMAS repe-
tit, ipsique applicat iustus Eccl. Qui baptizatur a
mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lava-
tio eius?**

973 *Nec hoc eliditur, dicendo cum Magistro (ru-
fus contra Novatianos responsum) itam adre-
rente) Ille etiam qui post lachrymas repetit que flo-
rit, lavatur ad tempus, sed mundus non est... illa
munditia, quæ sit ei sufficiens ad salutem: quia est
momentaria, & non perseverans. Quandoquidem
Patres & hoc velint, & insuper quòd penitentia,
à qua facilè & cito receditur, ordinariè non suffi-
ciat ad peccatorum remissionem, etiam ad tem-
pus. Nam & hoc manifestè declarant, dum autem
eam non esse veram, sed irritoriā. Dum item
Fulgentius ait, tales nunquam (ergo nec ad mo-
dicum tempus) dilatans genendo peccatum, quia
non desinunt peccare post gemitum. Dum item Cle-
mens Alexandrinus supra argumento 64. eorum
penitentiam apparentiam vocat penitentia, non
penitentiam; additque eam nihil differre à peni-
tentia infidelium, qui fine fide peccatorum ve-
niunt non possunt obtinere. Dum etiam Tertul-
lianus talium penitentium ingenia dicit de semine
hypocitarum ordinariè pullulare, quorum individua
dua cum diabolo amictia, quorum penitentia non
quam fidelis.*

C A P U T LXXXII.

Argumentum septuagesimum secundum.

*Ex ipsis alii Sanctorum pronuntiatis: Inanis
est penitentia, quam sequens coquinat
culpa. Vulnerum iteratum sanatur tardius.
Frequenter peccans, & lugens, vix
veniam meretur. Nihil profunt lamenta,
si replicantur peccata. Nihil valet veniam
a malis poscere, & mala denuò iterare.*

974 *R eferuntur can. inanis de penit. dist. 3. & ha-
bentur penè eadem apud Isidorum, in fino
nymis ante caput de castitate. Canone vero Dia-
cono dist. 93. additus sententia ista: affidit peccan-
tium non misereatur Deus. Quod Gloria ibidem sic
exponit: iteratò non misereatur de facili.*

*Porrò ex iis omnibus rectè concluditur, po-
nitentiam eorum, qui facili & cito post eam cri-
mina repetunt, Sanctorum judicio non censit
ordinariè sufficiens ad peccatorum remissio-
nem. Si enim ordinariè sufficiens esset, frustra
esset, inanis non fore, ordinariè veniam mere-
re, &c. Cujus oppositum SS. Patres assertur.*

*Neque oracula isti: *Vulnus iteratum sanatur tardius. Frequenter peccans, & lugens, vix
veniam meretur. Affidit peccantium, iteratò de facili
non misereatur Deus, &c.* congruit responso Ma-
gistrorum, in fine argumenti præcedentis relata, quòd
unque frequenter peccans, & lugens, veniam si-
nalem non mercatur, defecit perseverantie. Quia
oracula illa non dicunt recidivis illis veniam ele-
impossibilis, & nunquam contingens (prout
impossibilis est veniam finalis, abesse perseveran-
tia, nec unquam contingit) sed vix & raro con-
tingentem, & non sine ingenti difficultate, vix
veniam meretur, non misereatur de facili, &c.*

C A P U T LXXXIII.

Argumentum septuagesimum tertium.

*Ab infirmitatibus & vulneribus corporis SS. Pa-
tres argunt ad infirmitates & vulnera ani-
me, simileque de ipsis ac de illis iudicium fe-
runt. Arqui gravis infirmitas corporis suffi-
cienti remedio curata non censetur, dum fa-
cile & cito redit. Ego similiter, &c.*

975 *Sancius Cyprianus, Origenes, Ambrosius, Ca-
starius, Eligius, &c. à modo cognoscendi curan-
dique infirmitates & vulnera corporis, frequenter
arguant ad modum cognoscendi & curandi infir-
mitates & vulnera animæ. *Si si vulneribus vel fra-
cturis corporis (inquit Cæsarius hom. 59.) infir-
mitates cognoscere possemus animalium. Unde post alle-
gatum modum curandi fracturas corporis, similis
(inquit) ratio in animalium fracturis, seu vulneribus
est credenda est. Hinc Origenes hom. 8. in cap. 13.
& 14. Numer. Si vulneris corpori infligatur, aut se-
confinatur, aut nervorum juncunda resolvatur;
sub unito horum spatio hujusmodi vulnera solent cor-
poribus accidere, & plurimi postea cruciatibus, ac
doloribus exacti, multo vix tempore sanari....
Jam vero si accidat, ut in eodem vulnera, vel in
eadem fractura iterum sapientis quis vulnerarum fre-
quentiusque strangatur, quantis hoc penit., & quanti
potest cruciatibus medicari? quanto autem tem-
pore, si tamen posuerit, ad sanitatem perducatur?...
Transi nunc ad exempla corporis ad anima vulnera.
Animæ quoties peccas, toties vulnerarunt. Et
ideo consequentissima ratio est penit., id est cura &
medicationis tempus extendit, & per unumquaque
vulnerum, pro qualitate plague, medendi quoque spa-
cia propagari. Ut enim indulgentia potest mediu-
ma proficer (ait Clerus Romanus ad S. Cyprian.
epist. 31.) si etiam ipse Medicus, intercepta peni-
tentia, indulget periculis? Si tantummodo operi-
vulnerum, nec sint necessaria temporis remedia obla-
cere cicatricem? Aperiendum est vulnerum, &
secundum (ait Cyprianus l. de lapsi) & putaminibus
ampullatis medellæ fortiore curandum. Viceretur
& clamet licet, & conqueratur ager impatiens per
dolorem, gratias agit postmodum, cum senectit fa-
nitatem. Et alia huiusmodi habent SS. Patres.
Quemadmodum ergo similis est modus cognoscendi**